

mit anderen Raupen Kontakt bekommen. Würde ein geruchlicher Reiz ausschlaggebend sein, so hätten alle diese „Einzelsitzer“ die Nestgeschwister eigentlich finden müssen, zumal es sich doch um keine sehr großen Versuchsräume handelte. Außerdem war der eine Versuchsraum (Versuchsgruppe II) geschlossen. Ein spezifischer Nestgeruch, der vor anderen Reizen ausschlaggebend wirkt, hätte sich dann besonders eindeutig auswirken und ein Wiederezusammenfinden der Nestgeschwister herbeiführen müssen.

Alle mitgeteilten Beobachtungen machen die Annahme eines spezifischen Nestgeruches bei *Thaumetopoea*-Nestern unwahrscheinlich.<sup>1)</sup>

## Nova Species Generis *Abacetodes* Stran.

(Coleoptera: Carabidae.)

Auctore S. L. Straneo, Parma.

In 1939 (Arkiv för Zoologi, 31, 7—9) novum genus *Abacetodes* descripsi. Doctor H. Sachtleben specimina duo eidem generi pertinentia mihi communicavit, quae „tabularis m.“, „Andreae ded.“ notata sunt et in collectione generis *Abacetus* Dej. in Deutsches Entomologisches Institut, Berlin-Dahlem, erant.

Cum „*Abacetus tabularis* Andreae“ ineditus esse mihi videtur, eius descriptionem hic divulgare opportunum puto; gratias ago Doctori H. Sachtleben quia allotypum novae speciei mihi donavit.

### *Abacetodes tabularis* n. sp.

Long. 6,3 mm.; max. lat. 2,3 mm. Colore nigro, modice nitido, leviter sericeo pedibus nigrescentibus genubus ferrugineis et tarsis rubrescentibus, antennarum articulo primo ferrugineo, caeteris infuscatis; palporum apice ferrugineo.

Caput sat robustum, oculis parum convexis, in temporibus parum inflatis postice inclusis; sulcis frontalibus brevibus, sat profundis, levisime rugosis, primum porum supraocularem non attingentibus; antennis

<sup>1)</sup> Infolge der Kriegsverhältnisse mußten die Versuche abgebrochen werden, um anderen Verpflichtungen nachzukommen. Zunächst war eine Wiederholung in größerem Ausmaße geplant, und dann sollte versucht werden, wie sich diese Raupen verhielten, wenn sie außer mit Farben auch noch mit Duftstoffen markiert worden wären. Derartige Geruchsversuche mußten auf spätere Zeit verschoben werden.

modice compressis sat elongatis subtilibusque, articulis quarto et sequentibus pubescentibus.

Pronotum sat parvum, parum transversum; long. 1,2 mm.; max. lat. 1,6 mm.; lateribus antice mediocriter rotundatis, postice recte constrictis; lat. anter. 1,3 mm.; lat. basis 1,3 mm.; angulis anticis parum prominentibus fere rectis vel parum obtusis, apice vix rotundato; angulis posticis obtusis, apice dente nullo praedito; basi utrinque unisulcata, sulcis  $\frac{2}{5}$  longitudinis pronoti vix attingentibus, subtilibus, modice impressis, fere parallelis, angustis; margine laterali angusto, poris binis setigeris regularibus praedito; basi non punctata nec rugosa, ex angulis usque ad basim sulcorum distincte marginata; disco modice convexo, linea media longitudinali leviter impressa, antice et postice evanescente.

Elytra subparallelo-ovalia, sat convexa; long. 3,6 mm.; max lat. 2,3 mm.: humeris omnino rotundatis, margine basali integro, stria scutellari nulla, striis prima et secunda sat profunde impressis, tertia parum impressa sed distincta usque ad apicem, caeteris evanescentibus, tantum prope apicem bene impressis; stria octava undique profunda; interstitiis parum convexis, 2<sup>o</sup> poro umbilicata prope basim praedito, tertio tripunctato; apice elytrorum sat acute rotundato. Microsculptura conspicua, in elytris modice transversa.

Subtus omnino levis, prosterno levi vestigio sulci longitudinalis notato, processu non marginato, metepisternis longis, sternite anali maris poro singulo, feminae poris binis utrinque instructo.

Aedeagus sat elongatus, subtilis, apice sat regulariter rotundato.

Pedes sat subtiles, articulis quattuor basalibus tarsorum anticorum maris dilatatis, articulo quarto distincte bilobo, onychio tarsorum omnium subtus setis paucis subtilibus praedito.

Habitat: Africa meridion.; Kapstadt (25. 6. 1916), leg. H. Andreae.

Holotypus ♂ in Deutsches Entomologisches Institut; allotypus ♀ in collectione Straneo.

Genotypo *Abacetodes gilvipes* Boh. proxime affinis, differt praecipue colore obscuro, pedibus nigrescentibus; praeterea striae elytrorum in novae speciei minus impressa et leves, non subtiliter crenulata, sunt.